Dilationes sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa Omnia Paenis simplicibus vel triplicatis Vadiis, Suspensionibus, Fatalijs Juris praeventione terresti, bello, Conventioneque, ac alijs Omnibus Juris remedijs, et defensis Non Subterfugiendo, nec alio quovis modo Evadendo. Hac sua praesenti Inscriptione ad praemissa mediante.

Gnosus Fredro G. Fredro Filio suo Cedit. 1161

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premyslien. Gnosus Valentinus de Pleszowice Fredro, Sanus mente et Corpore exns a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs, et Competent. recedendo, Praesenti ac Castren. Capitaneal. Premyslien. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribus, ac bonis suis generaliter Omnibus totaliter et plenarie Incorporando atque Subijciendo palam, publice, libere, ac per expressum Recognovit. Quia ipse de Omni et integro Jure suo infrascripto, Nimirum de Summa quae et quanta ex Summis Originalibus quibusvis Sibi Recognoscenti per Magnificum olim Sigismundum de praefata Pleszowice Fredro Castellanum Sanocen. Fratrem suum Patruelem modo quovis coram Actis quibusvis authenticis, Regni Inscriptis, et ad Solvend. assecuratis debita et extra Summam Novem Millium florenorum polonicalium per se Recognoscente Gnoso Stanislao Fredro Subdapifero Podoliae sui Recognoscentis Filio, coram Actis Terrestribus Premyslien. inscriptum restat eidem de Quibusvis Inscriptionibus quo ad Summam eandem restantem sese referentibus atque de Causis, et Actionibus, quibusvis eidem olim Suprascripto Magnifico Castellano Sanocen. ad Officium et Judicium Castren. Premyslien. institutis et intentatis paenis Banitionis, totoque et integro processu, ratione Summarum Suprascriptarum obtento, et perducto, et in quovis puncto et gradu Juris dependentibus Inse de praemissis Lationis Cum Omni praeinsertorum Jure, proprietate, Competentiaque et praerogativa quavis Omnibusque et Singulis Inscriptionibus

Ex Copia Lect. cum ead. Coll.

praesenti

1404

præfatarum atq Causarum Actionum Banitionum, totiusque et integri Processus Conditionibus punctis, Clausulis, articulis, ac Nexibus, qtr Universis Summæ quoque Suprascriptæ restantis utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, Commodis et emolumentis, Obventionibus, attinentijs et pertinentijs in Universum Omnibus, Nihil ex præmissis Juris, proprietatis, ac Cuiusuis Competentiæ, et prærogativæ pro se Recognoscente Suisque Successoribus, aut quopiam alio reservandi seu Excipiendo. Verum Quæ præmissa Omnia et Singula ipsumue Recognoscentem Concernebant, ac eidem Iure Serviebant. Iam exnunc et defacto Gnoso Francisco de eadem Plesonice Fredro sui Recognoscentis Filio, et ipsius Successoribus (acceptâ ab ipso pro præmissis Omnibus plenariâ et sufficienti Satisfactione) Cessit, et Condescendit, Quæ Cedit et Condescendit præsentibus. Omneque et Integrum Jus suum sibi ad præmissa Serviens in Personam eiusdem Gnosi Francisci Fredro Cessionarij sui et illius Posterorum totaliter, et plenariè transtulit, transfudit, et Incorporavit. Quæ transfert, transfundit, et incorporat per præsentes. Per ipsumque Gnosum Franciscum Fredro Cessionarium suum et ipsius Successores, hocidem Ius præsens, Cessum et Summam suprafatam præsentibus abscessam tenendi, habendi, et Possidendi illisque quietè et pacificè Utifruendi. Summam præfatam tollendi, levandi, et percipiendi, de levata et percepta Quietandi, pro eadem si non fuerit persoluta Iure agendi, Processus quosuis iudiciarios instituendi, et inchoandi ad debitumque Executionis finem perducendi, ac præmissa Omnia tanquam Sua propria ad Suos et Suorum Successorum quosuis beneplacitos usus fructus liberè Convertendi, Jurio præfati Originales ea Omnia latius in se Complectentis præsentibusque Cessi, et transfusi Vigore.

Gnosus DVCZYMINSKI in REM et Manus Rndi in CHRO Patris Rectoris Collegij Premy.